

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ad Evangelium Feriæ. De duobus peregrinis euntibus in castellum  
Emmaus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

omni luxu, ebrietate, lascivia, demissis operam sobria remissione ac sancta sinceritate, ut quidquid modo, corporali abstinentia non acquirimus, mentium puritate queramus.

Totus est in eo Apostolus: ut sicut Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, ita & nos immortalitatem ejus participantes, conemur eam omni modo conservare, conservantes nos diligentissime in morte vita sensualis, à qua est omne peccatum. Audi enim ut apostolus ad rem nostram! sed ita audi, ut rem attingas: *Quod enim mortuum est peccato, inquit, mortuum est semel, quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus, sed neque exhibeat membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tamquam EX MORTVIS VIVENTES, & membra vestra, arma iustitiae Deo. Peccatum enim vobis non*

dominabitur; Et post pauca: *Sicut enim exhibitis membra vestra servire immunditia & iniquitatis ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem: Quasi dicat, ut ait Oigenes, Currebant prius pedes vestri ad effundendum, nunc autem ad liberandum sanguinem currant. Pretenderbant manus prius ut aliena diriperent, nunc protendantur us propria largiantur. Circumspiciebant prius oculi alienum ad concupiscentium, nunc circumspiciant pauperes ad miserandum. Et uniuscujusque membra ministerium quod exhibuit vitiis, aperte virutibus, & actum quem exhibuit immunditia, ad castitatem nunc sanctitatemque convertat.*

*Ad Evangelium Paue, de duabus Peregrinis euntibus in Castellum Emmaus, Luc. 24.*

Tota de his est hebdomada secunda post Octavam Paschæ.

## FERIA TERTIA. DE IMPASSIBILITATE CORPORIS Christi Domini, Et anima nostra, simul cum eo resurgentis.

*Seminatur in Corruptione, surget in Incorruptionem, 1. Cor. 15.*

### VERITAS PRACTICA.

#### Ia patientia Impassibilitas.

*Sensus & Ratio est, quia impassibilitas anima resurgentis, est ejus incorruptio.*

*Sed anima incorruptio est in patientia.*

*Ergo & in patientia impassibilitas, qua quanti est pretii, tam pretiosa debet esse patientia.*

#### I. P U N C T U M.

**A**d immortalitatem corporis gloriosi hoc addit IMPASSIBILITAS, ut non tantum à morte corpus sit liberum, sed etiam à vulnere, à morbo, & ab omni proflus invalesudinis specie, adeò ut perpetuo, constantique utatur valerudinis commodo. Tale

igitur erat corpus glorioissimum Christi domini resurgentis, qui proinde in Psalmo dicebat: *Ego dormivi & poratus sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me; non timebo milia populi circumdantis me.* Vocat mortem suam, somnum, inquit Bellarminus; quia tam facile illi erat, resurgere à mortuis, quam aliis evigilare à somno. Quod dicit verò se resurrexisse, quia Dominus fulcepit ipsum, perinde est ac si diceret, non id humano fretum auxilio officisse, sed innixum potentia infinita divinitatis, qua & ipsum corpus suscitatum, illum deinceps eddet, ab omni proflus offensione. Sicut enim in sanctissimo Sacramento, licet in mille partes iumpatur hostia, nulla unquam tamen fieri corporis lassio; sic proflus in corpore resuscitato ad gloriam. O quam jure debebatur tali corpori, quod extrema

E. f. 3

omnia